erat animi semper obluctantis difficultatibus, cum et progre
di arduum et reverti periculosum esset, versabat se ad omnes
cogitationes aliud atque aliud ita ut fieri solet: ubi prima quaeque
dampnantur subiciente animo: hesitanti quod ratio non potu
it: fortuna consilium subministravit. Vehemens favonius e 30.
rat et multa materia miles aditum per saxa molitus: hec vapo
re torrido iam aruerat: ergo aggeri alias arbores iubet igni
dare alimenta celeriter qua stipitibus cumulatis fastigium
montis equatum est. Tunc undique ignis iniectus cuncta com
prehendit. Flammam in ora hostium ventus ferebat: fumus
ingens velut quadam nube absconderat celum: sonabant
incendio silve: atque ea quoque que non incenderat miles con
cepto igne proxima queque adurebant. Barbari suppliciorum
ultimum si qua inter moraretur ignis effugere temptabat.
sed qua flamma dederat locum hostis obstabat. Varia
igitur cede consumpti sunt. Alii in medio ignis precipitave
re se: quidam manibus obtulerunt: pauci semiustulati ve
nere in potestatem. Hinc ad Cratherum qui Arthabarzana
obsidebat rediit. ille omnibus preparatis expectabat ad 31
ventum capte urbis titulo sicut par erat cedens. Igitur A
lexander turres admoveri iubet: ipsoque aspectu barbari ter
riti e muris supinas manus tendens orare ceperunt: iram in
Sathabarzanem defectionis auctorem reservaret: supplici
bus semet dedentibus parceret. Rex data venia non obsi
dionem modo solvit: sed omnia sua incolis reddidit. Ab
hac urbe digresso: supplementum novorum militum oc
currit. Zolus quingentos milites equites ex Grecia .iii. ex Il
lirico Antipater miserat. Thessali equites .cxxx. cum Philip
po erant ex Libia .ii. dc. peregrinus miles advenerat .ccc. e
quites gentis eiusdem sequebantur: hic manu adiecta Dran

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_916/0145

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG